

Psalmus responsorius

Ps 8, 2a & 5. 6-7. 8-9 (R̄.: 2ab)

R̄. Dómine, Dóminus noster,
quam admirábile est nomen tuum in univérſa terra!

vel:

Allelúia

^{2a} Dómine, Dóminus noster,
⁵ quid est homo, quod memor es eius,
aut fílius hóminis quóniam vísitas eum? R̄.

⁶ Minuísti eum paulo minus ab ángelis,
glória et honóre coronásti eum
⁷ et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.
Omnia subiecísti sub pédibus eius. R̄.

⁸ Oves et boves univérſas,
ínsuper et pécora campi,
⁹ vólucres cæli et pisces maris,
quæcúmque perámbulant sémitas maris. R̄.